



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Natales Sanctorvm Candidissimi Ordinis
Præmonstratensis**

Sterre, Jean Chrysostome van der

Antverpiæ, Anno M.DC.XXV.

7. Maij. Nonis Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37161



NATALES
SS. ORD. PRÆMONST.
MENSE MAIO
OCCVRRENTIVM.

7. *Maij.*

NONIS MAIL.

IN Milouicensi Bohemiæ
Cœnobio Beati GERLA-
CI Abbatis Ordinis Præ-
monstratensis. Qui vitæ
sanctimoniâ & miraculis coruscâs,
etiam spiritu propheticō clarus quo
futura plurima prædixit, viginti
octo annos Milouensem Eccle-
siam laudabiliter rexit. Post cuius
obi-

obitum multa pariter ad eius Tumbam contigerunt miracula: ita ut ægroti quiuis eam in fide & deuotione visitantes , sanitati pristinæ restituti fint.

11. Maij.

QVINTO IDVS MAII.

IN Cœnobio sancti Martini Laudunensis B.P.GVARINI Secundi eiusdem Ecclesiæ Abbatis Ordinis Præmonstratensis. Qui ex eiusdem domus Priore; Primus Viconiensi Cœnobio Abbas præfetus, illud magnâ sanctitatis laude rexit: posteà verò ad Laudunensem reuocatus Ecclesiam , eamdem comitante semper eum largâ Domini benedictione, per multos annos vitâ, verbo,& sollicitâ curâ gu-

H 3 ber.